



*Deo xij p p ort p cast*

SERMO

CXXXVIII

neq; discernit ab alijs cibis non est de populo dei nec potest deo sa-  
crificare. Et sic patet tercium. Quarto ostendit sui testimonij p-  
neitatem. q; licet rōne status pteriti suum testimonium nō esset ef-  
ficax. tamē rōne status in quo tunc p gratiam dei erat suum testi-  
monium efficax erat ad credendū. sicut et aliorum apostolorū. quia per  
gratiam dei erat apostolus sicut et alij. et p eandem gratiam multū  
profecerat. ecclesie. nec vacua in ipso manserat. Et sic patet totum de  
epistola.

**D**ominica duodecima de euan. sermo lxxxvij.

**H**iens iesus de finibus tyri venit p spondonez ad mare ga-  
lilee iter medios fines decapoleos. **Mar. vii.** Sic die apo-  
stolus ad ro. v. sicut ex vno homine peccatum et concē-  
natio processit in multos imo in omnes ppter qd omnes  
nascimur filij ire. multo magis ex vno homine iesu christo iustificatio  
et salus in omnes abundavit. Ex peccato aut primorū pentum gra-  
tiam dei pdidim⁹. et penas multas incurrimus. naz gratuitis suim⁹.  
expoliati et in naturalibus vulnerati. Filius aut dei veniens in mū-  
dum gratie dei nos restituit et naturalia nostra membra sanauit.  
in parte tandem totum corpus et animā plenarie sanatur⁹. De hac  
ergo materia presens euangelium tractat. nam in ipso qdā xpī  
miraculum recitatur. quō scz linguam et aures cuiusdaz sanauit sur-  
di et muti. p que peccatoris sanatio designat. que fit p dei grē resti-  
tutionē. Circa qd miraculū euangelista tria facit. Primo anteceden-  
tia miraculū describit et narzat. In prim. euā. Secūdo ipm miraculū  
a xpo factū recitat et exarat. ibi. Et apprehendes eum de turba seoz  
suum misit digitos suos in auriculas eius et expuens tetigit linguā  
ei⁹. Tercio subsequētia miraculū subnectit. et notat. ibi. Et precepit  
eis ne cui dicerent. Quāto aut magis eis p̄cipiebat tantomagis pl⁹  
pdicabant et eo amplius amirabant dicētes. bene omnia fecit. Cir-  
ca primū tria ponūtur. Primum est aduentus saluatoris ad huma-  
manā miseriam qz exi. de fin. ty. zc. Secūdu est adductō peccatoris  
ad diuinā clementiā. qz addu. ei. sur. et. mu. Tercū est de p̄catō inter-  
cessorū p sanitate recipiēda. qz de p̄catō illū vt iponat. il. ma. Pri-  
mo ḡ ponitur aduentus saluatoris ad humanā miseriam. nam fili-  
us dei videns humanā miseriam z seruitū tē durissimā. qua sub dya-  
boli imperio omni famulatu viciozū impie premebatur. compas-  
s⁹ est ei. et descendit de celo vt eam liberaret. et vt ei perfecte compa-  
teretur voluit eius miseriam experiri. **Heb. iij.** Non habem⁹ pon-